

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum
in primis malas, concernit**

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

XXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](#)

XXVII. Immortale nomen, D. Jo. Gerhardus, in Loc. Theol. Tom. ult. de Inferno. §. 76. quærit: *An damnatorum actiones omnes sint mala?* & respondet: *Pastiones damnatorum moraliter bone erunt, quia à justitiâ & voluntate Divinâ, omnis bonitatis regulâ, progrediuntur, quamvis physicè & naturaliter damnatis sint mala, id est, adversa & inimicæ. Actiones vero damnatorum omnes erunt mala.* Tenebras, in quas damnati conjicientur §. 44. dicit complecti, perversitatem voluntatis, projectam impietatem, unde peccata dicantur opera tenebrarum. Eph. V. 11. In Harmoniâ Evangelicâ c. CLXII. p. 808. fletum damnatorum ita exponit: *flebunt damnati, non ex salutari paenitentiâ, sed ex horribili impatienciâ, per stridorem dentium denotatâ.* Cyprianus ad Demetrium: *Erit tunc sine fructu paenitentia dolor pâna, inanis ploratio & inefficax deprecationis.*

XXIX. Joannes Maccovius, Loc. Comm. cap. XLI. §. IV. p. 397. hanc format thesin: *Diabolus omnes post & propter peccatum in peccatis & odio DEI & nostri obstinatam habent voluntatem, adeo, ut se voluntas eorum immutabiliter habeat ad malum.* De Dæmonibus loquitur, sed à quibus facilis est ad damnatos consequentia, sicut suo loco ostendetur. Gisbertus Voëtius, in Acad. Ultrajectinâ Professor, Parte primâ selectarum Disputationum, de Naturâ & operationibus dæmonum, Parte posteriori, §. 24. p. 977. hæc ponit: *De gradibus pñnarum observandum est, esse pñnam eorum usque ad diem judicii infernalem eandem specie cum eâ, quam post judicium perpetuari sunt, gradus ramen ab eâ distinctam.* Consequentia sunt dolor, desperatio, invidentia, odium, blasphemia; de quibus Scholastici. Inter propria autem Diaboli recensuerat, parte priore §. IIX. ratione voluntatis. 1. *Quod voluntas sit mala & corrupta habitualiter.* 2. *Quod quando operatur, nil nisi malum operetur.* 3. *Quod non possit operari bonum, nec rursus bona fieri atque adeo sit immobiliter fixa & obdurata in malo.* 4. *Quod etiamnum crescat ejus malitia.* 6. *Quod eadem malitia comparata eum humana extensio sit maxima; extendit enim se ad quævis peccata.* Sunt igitur ista in Diabolo formaliter, superbia, invidia, quibus addimus blasphemiam, idolatriam, presumptionem, quæ opponitur spei, infidelitatem, non quidem per positivum dissensum, sed per privationem assensus, speciale peccatum inobedientia, mendacium & calumniam, injustitiam, odium adversus DEum, angelos, homines, & in ordine ad homines adversus alias Dei creaturas.

XXIX.

XXIX.
dixit de Bo
ur poti de
du serlio
eo amato
immobilia &
dem suam fa
ter acerbitat
dei, odium
enim, quan
latus delibe
unfe, qua
explicata
neque detrac
fis & à DE
DEO amar
gare unqu
trarium co
petitio e
Rente que
non est mer
ita quoque
actus &
XXX.
Gallus,
M DC X
antiquo
rum infer
tremamq
futinere, c
qui quid p
uttreque dif
erum dan
majore &
parcondone
qui me agn